Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35504
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Occiditur sepeliturque insigeo ingenti grecorum
luctu Euripilus thelephi cum exercitu aduenit
in troianorum auxilium illectus cassandre nuptiis
Pirrus Achillus filius cum exercitu superuenit
Alexander a phillocteta cum sagittis veneno hidre
in butis necatur quo viso ~~[illegible]~~ extincta est helena Oenone
de Ipphebo nupsit antenor venit in colloquium cum
grecis a quo troie perdicio componitur

Argumentum quinti libri:

Antenor assumpto Talcibio ad Troiam reuersus
explicat legationem ex in decernitur ut ipse atque Eneas
redeant ad grecos exploraturi certam voluntatem
Helena clam venit noctu ad Anthenorem Ulixes
atque diomedes ad troiam veniunt Quo helene filii
extincti Antenor consulit grecis ut a templo
minerue palladium surripiant Tractatur de redem
cione prime Ignis non comprehendit exta Aquila
partem extotum portat ad grecos impositis Item extis
ab hecuba ignis extinguitur Sed consulente Cassandra
ad rogum hectoris consumuntur palladium clam per ante
norem ad grecos deducitur Helenus priami qui apud
grecos captiuus erat dixit iminere exicium troianis fit
Domum minerue equus ex ligno fabricatus per Epeum
decem duces electi priamus orat pro heleno equus
cum rotis sub pedibus discissis muris ingreditur
si non dat signum Troia destruitur domos Enee et Ante
noris seruantur Menelaus deiphebum crudeliter
truncatis naribus et ceteris membris interficit
Nec proclemus occidit priamum aiax Oilei abstrahit
Cassandram helena conceditur menelao polixena